

tionis desperatione, & in adeptione sa-
nitatis: (vbi de medio silentio quando
venit Christus;) Secunda verò de me-
dio noctis itinere, ac de omnipotentis
sermonis Dei Patris aduentu, quo ru-
ptum est malum hominis silentium, dis-
serit, & textus reliquum pulchrè ad-
modum explanat. *Parte 2. oper. eius hom.*
1. ex tribus homil. col. 1195. & sequentibus.

S. A M B R O S I I sermo in Euange-
lium, *Ex i. editum à Cæsare Augusto, Luc 2,*
Euangelicæ lectionis sensum breuiter
perstringit, docetque censem fidei, &
bonæ actionis Christo nato reddendu-
m, qui voluit censem Cæsari soluere:
deinde quædam beneficia Christi Na-
tivitate hominibus bonæ voluntatis
collata paucis enumerat: denique adg
pacem hortatur, ad vitia deponenda,
virtutesque consequendas, prouocat;
& textum euangelicum moraliter per-
currente exponit; *Tom. 5. serm. 7. de*
temp. col. 10. & seq.

Eiusdem, sermo secundus illud S. Io-
annis Baptista explicans, illum oportet
crescere me a ure minui, de Nativitate
Domini tempore differit, dicitque
Christum hoc tempore natum quo dies
proficiunt, vt vno eodemque ortu lucē
pariter inferret & hominibus, & die-
bus, erat enim, lux vera que illuminat om-
nem hominem. B. vero Baptistam tunc
temporis quo decrescunt dies, ad defi-
cientiam legis Iudaicæ, ex euangelij &
gratia corruptione, designanda m;
vbi multa de populis Iudaicō deficiēt,
& Gentili proficiēt, nec nō de multipli-
ci differentia Nativitatis Christi & pre-
cursoris. *Ibid. col. ii. &c. serm. 8. de temp.*

Eiusdem, sermo tertius vnde suprà,
exordium sumit ex humana loquitionis
insufficientia, quæ tanta & supra
naturæ ordinem miracula, verbis ex-
primere nequit: exinde cum dignam
non possit exhibere prædicationem, ad
Angelorum præconia se confert, di-
centium, *Gloria in excelsis Deo, & in terra*
pax &c. Eaque breuiter commentatur.
Insuper silentio ortus Christi expri-
mit verbis Davidicis, *descenderet sicur plu-*
mia in vellus. Vbi virginem matrem vel-
leri, pulchrè assimilat. *Ibid. serm. 9. de*

A temp. col. 12. & sequent.

Eiusdem, sermo, quartus, quoddam
vulgi proverbiū hunc diem Natalis
Domini Solem nouum nuncupantis,
explicans; multa autem complectitur
I. in Nativitate Christi solem aduentu
maturiore & solito splendidiore efful-
sisse. II. Christum Dominum nouum
solem esse & diuinum, III. Differen-
tiam inter utrumque solem, visibilem
scilicet, & mysticum. IV. Lucernam
solis nostri orcum præcedentem, & solis
aduentu offuscatam. V. Fontem, quo
nascitur nouus sol, Virginem matrem,
auroram purissimam. *Ibid. serm. 10. col.*
13. 14. 15.

* D. A M E D E I L A V S A N. homilia t.
pro Nativitate Domini. Primò. Pa-
tre effusisse in nos viscera suæ chari-
tatis probat. Secundò. Vnde venerit
Deus incarnandus, monstrat; sc. à Deo
Patre qui est summum cœlum; venisse
à Patre genitum æternaliter, per hu-
manitatem ad nos; à se & sub se descen-
disse dum caro factum est; à Spiritu
sancto temporali conceptione. Tertiò.
Qualiter Christus descenderit, docet,
& dicit: sicut pluvia in vellus descen-
dit; per vellus Virginem Mariam, per
pluviā Christum, designans. Quartò.
Vbi descenderit? investigat, & res-
pondet in uterum Virginis impollutum
& immaculatum. Quintò. Per obum-
brationem Spiritus sancti Christum
conceptum fuisse, affirmat. *rx eius hom.*
afol. 65. col. 2. ad fol. 68. col. 1.

Eiusd. homilia, 2. de quo suprà, in
quâ, I. Factum esse Dei filium, hominis
filium, vt in unitate personæ Deus esset
& homo, Virginem eum saluā virgini-
tate peperisse & saluo pudore conce-
pisse, obstetricante Dei manu, nec in
carne delectatam, nec in carne
cruciata comprobat. II. Quomodo
per Dei sapientiam potuit fieri in-
carnatio, ex rerum naturalium com-
paratione, demonstrat III. Incre-
duulos illi contrarios reprehendit,
credulosvero laudat. IV. Iudeos qui &
prophetas & Dei filium occiderunt in-
crepat. V. Gentiles, Christum Deum
non credentes confundit. VI. Diffe-
F ij